

¶ Et dicitur Iudeus deinde
Glossorum nomine etiam
Ecce ita quae sunt omnes
Domi sapientia perfecta ex
gloria misericordia tua misa
traxit electos que tamen
regi originae sunt cui
debetis thalamum proprie
Et quo tamen sponsus
Est filius homini procedere
Propterea. Domini tu
latus es qui nos fuisse
Ceterum ducitur ad finem
Quoniam dicitur elequit Iudeus
Paulus enim. Sabine
etologramque est enim Iudeus
ut sit et tradidit: tuttus
Deus enim tu regnum se
Iudeus enim tu regnum se
deponens regnatum eorum
Olam patrum suorum ut eos in
ficiatur ut sint: quoniam nichil
est aliud exceptum nisi taliter
et ceteritate letitiam
In hoc eternum trinum deum
trinitas latet. Iudeus tamen

Sammlung

12. 13.

ORATIO
DE PROVO-
CATIONE AD
SUPREMUM DEI, IM-
MORTALIS ET INCOR-
RUPTI JUDICIS, TRI-
BUNAL.

FACTA & IN FREQUEN-
TI SCHOLÆ GOTHANÆ IN-
spectorum consensu habita

â
M. JOHANNE WEITZIO,
eiusdem Correctore.

ERFORDIAE
TYPIS MARTINI SPANGENBERGI.
ANNO
SVperabVnDantIs gratIæ ChristI MeI.

Clariss. & Præstantiss.

Viro

D. JOHANNI MATTENBERGIO, MEDICINÆ DO-
ctori experientissimo, Reig. Pub. Gothanæ Consuli Prudentissimo,
& Scholæ Inspector dexterissimo; Fautori & Amico
benevolentissimo, s.

MULTOS jam annos, Vir summa gravitate & sapientia præstan-
tissime, Te patrono utor, & sub ægide favoris tui securus de-
litesco & quiesco; compertumq; habeo penitissime, te meas re-
cto judicij oculo scholasticas operas aestimare. Scripta quoq; &
libellos meos non improbare te, honos mihi est, & addam, stimu-
lus mihi est, ad decurrentum porrò hunc curium, quem primo-
res vos plausu & favore incitatis. Sicut histrio, aut aliis actor,
gaudet coram Principibus viris specimen operæ atq; artis edere:
Sic ego spectari à vobis, quid approbari? Eam itaq; ob causam in-
scribo, dico & offero T. A. hanc Orationem, quam sub proximè
præterlapsi Examinis Autumnalis exordium, in laudandô vestro
Procerum confessu, pro more, recitavi. Ut itaq; Apelles hoc in
more quondam habuisse refertur, ut tabulas, quas absolvisset, in
pergulâ proponeret, & prætereuntibus spectandas exhiberet: Sic
& ego populo spectante (Senecæ verba sunt) fieri credam, quidquid me
consciò faciam. Nihil enim, ait Bernhardus, hac luce clarius, nihil hoc glo-
riosius testimonio, cum veritas in mente resulget, & mens in veritate se videt.
Livius Drusus, cum domum in Palatiō ædificaret, & architectus
offerret, ita se structurum, ut libera ab arbitris & omni despectu
esset: Quin tu potius, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum
meam, ut, quidquid agam, ab omnibus inspici possit. Drusi hæc pulcra &
laudanda vox, mea etiam esto. Et hac mente, quæso te, o Curie lu-
men! observantiae erga te meæ hoc euangelia qualemque benevolè,
quod facis, nunc accipe, & tuum mihi porrò amorem con-
stanter perenna. GOTHÆ, Calendis anni novi
1515. cxi. quem feliciter ordire &
decurse.

T. A.

Observantiss.

M. Johannes Weitzius.





ORATIO.

VETERUM sapientum, Auditores pietate reverentiaq; honoratissimi, amplitudine prudentiaq; spectatissimi, sapientia & eruditione praestantissimi, vosq; bona mentis adolescentes & discipuli amantissimi; veterum, inquam, sapientum semper fuit Diog. Laert. in illa celebratissima vox, unde γένεται, (a) ne quid nimis; phi-losoporum illustrium approbata calculo; poetarum exornata Hieron. ep. 8. ad versibus; sanctorum Patrum commendatae testimoniis; sive Demetriad. tom. illa fuerit inventum Pythagorae, sive Solonis, sive Biantis, scilicet 1. p. 30 b. Alphae ve alias e priscis illis nobilissimis q; septem Graeciae sapientibus. us Mitylen. an Hinc medium in cunctis secare viam, summa & artis esse & consonantiae, auctor gravissimus & in omni genere doctrinae consummatissimus adserit Plutarchus. Cui cum primis rationi Solis admonitio incumbit ad Phaethontem, apud insignem poetam: (b)

Altius egressus caelestia tecta cremabis,
Inferius terras: mediò tutissimus ibis.

In eadem quoq; pedem vestigia Dædalus ille ponit ingenio-
sus, qui eodem de flumine verba deducens

Instructus & natum; medioq; ut limite curras,
Icare, ait, moneo; ne, si demissior ibis,
Unda gravet pennas; si celsior, ignis adurat.
Inter utrumq; vola.

Quod cum omnes, cuiuscunq; etiam sint ordinis, examus-
sim tenere. atq; tenacissime gremio memorie complecti, vitaq;
& factis exprimere studiose debent: tum vero preter ceteros lin. ult. Plin. lib.
illi potissimum, qui sunt cum imperio, & clavum in Reip. 35 c. 10. Terent.

(a)

Aristot. 2. Rhet.

c. 16. Auson. in

Lud. 7 sap. Plu-

tarch. in Conviv.

amantissimi;

veterum,

illa celebratissima vox,

unde γένεται, (a)

ne quid nimis; phi-

losoporum illustrium

approbata calculo;

poetarum exornata

Hieron. ep. 8. ad

versibus;

sanctorum Patrum

commendatae

testimoniis; sive

Demetriad. tom.

illa fuerit inventum

Pythagorae, sive

Solonis, sive

Biantis, scilicet

1. p. 30 b. Alphae

ve alias e priscis

illis nobilissimis q;

septem Graeciae

sapientibus. us

Mitylen. an

Hinc medium in

cunctis secare

viam, summa &

artis esse &

consonantiae, auctor

gravissimus &

in omni genere

doctrinae

consummatissimus

adserit Plutarchus.

Cui cum primis

ratio-

ni Solis admonitio

incumbit ad

Phaethontem, apud

insignem

poetam: (b)

Cl. Alex. Strom.

i. p. 120. πάλιν

ἄν Χίλων τῷ

Ἀπεδαιμονίῳ

ἀναφέρεται τὸ

Μηδέρ γένεται.

Στράτων δὲ ἐν

τῷ Πτελέου σημά-

των, Στρατόνα-

μῷ τῷ Τεγέ-

τῇ αεροσάπτῃ

τὸ ἀπόθετον μὲν

Δίδυμος δὲ Σό-

λωνιάντοις ἀν-

τίθησεν. Vide εἰ-

Strom. 5. p. 242.

et illi potissimum,

qui sunt cum imperio,

& clavum in

Reip. 35 c. 10. Terent.

navis And. I. 1. alibi.



(b) navitent actorquent, & quorū in manu leges & jura sum-
2. Metamorph. mus ac providentissimus rerum arbiter posuit, in succum san-
v. 136. & lib. 8. guinemq; convertant. Extrema enim arripere, extra orbitam
v. 283. Seneca ferri, & matas Justitiae legesq; migrare, adeò ipsis in proclivi
Oedipo v. 893. Cest, impetuosa violentaq; adfectuum procellâ abreptis, quam
Herc. Oet. v. 675. agnorum gregem, quò velit ducere, facile est ver veci sectario.

Quod ubi cunq; fieri amat, ibi valentior imbecillem opprimit
acerbè, pauperem opulentior ad incitas redigit nequiter, po-
tentior inferiorem calcibus obterit pro. erve.

Pisces sic sàpè n. inutos

Magnus comedet, sic aves enccat accipiter :
ait rectè Varro. Quâ de causâ gemulis misellorum quicrelis
cælum & astra pulsantur, ut vindicem malorum omnium
vindex acerrimus oculum intendat, finemq; det oppressionibus
& catastrophēn auspiciatissimam. Immò si per externam
violentiam nonnullis exprimatur anima, lucisq; hujus usura
eripiatur; antequam extremum exhalant atq; effundunt spi-
ritum, suos istos Phalarides, Caucaso abruptiores,

Et quîs sunt silicis circum præcordia venæ,

Ovid. I. Trist. 7. Et rigidum ferri semina pectus habet,
ad censorium illud & tremendum Christi, incorrupti Judicis
terrarum-orbis universi, tribunal, ad reddendam nefandi sui
faeinoris rationem, evocare in more positum habent. Quô de
argumento dum in vestrō, Paires humanissimi, confessu am-
plissimō, pro virium mearum modulō verba facio; queso vos,
vestrā me aliquantulum audiendi judicādig; benignitate sub-
levetis. Nihil de me spondebo prolixius, ne usu mihi veniat,
quod multis accidit, qui, malè initâ subductaq; facultatum
suarum ratiunculâ, vix mediocria præstare possunt, cum in-
gentia facile pollicentur. Imitabor potius Indum illum sagit-
tarium, de quô percreuerat fama, sagittas ab eō tantâ dirigi
peritiâ, uti vel per annulum transirent. Fortè vir hic ad A-
lexandrum captivus est perductus, eâ tempestate, quâ is Impe-

rator adversus eas gentes proferebat imperium. Quumq; ho-
minis gloriam inaudisset, ostentari, se præsente, artem opta-
vit. Renuit ille. Indignatus Alexander rapi eum iussit atq;
interimi. Dum vero ad supplicium duceretur, conversus ad
milites: Ego, inquit, permultos dies artem, sagittas
excutiendi, desieram, nec minimum quidem in eō
exercebar: proinde veritus, ne ob insuetudinem
votō exciderem, recusavi quod injunxerat Impera-
tor. Ita ego sublatum hoc dicendi onus, quod nec abjecere sine
flagitiō, nec deponere sine turpitudine licet, perferre pro viri-
li enitar, licet opinioni de me vestræ in omnibus satisfacere,
vixit non sit mearum; & singulari humanitatis vestræ frē-
tus prothymia, vincam naturam meam à dicendo timiditate
quadam nativâ refugientem; & multò confidentius rem ag-
grediar, quam pudor hic meus polliceri mihi potuisset; præser-
tim cum res tractanda dignissima vestris auribus, & ad di-
cendum uberrima, letissimam reddat orationem, linguamq;
dicens jā nunc mirâ suavitate perfundat.

ATq; ut ex hoc portu anchoram solvens, pansis linteis vela
ventis permittam; Neminem esse naris tam obesa, & ob-
tusum adeo cor gestare atq; intantâ rerum versari ignoratione
censeo, quem lateat, multiplices variasq; esse ac fuisse rationes,
adeoq; à quamplurimis, fraude circumretitis injuryaq; circum-
ventis, crebriter usurpatas, innocentiam in clarissimâ atq;
micantissimâ perspiciendam luce omnibusq; arbitrandam
proponendi. Cum enim plerumq; miserae & calamitates ma- P. Matth. hist.
teriam loquendi suppeditent, & n̄ iseros reddant loquaces, & Henrici IV.
tantè quidem magis, quantò saevius panas accunt odiumq;
tyranni, & vehementius novocantis Fortuna turbo irruit
actumultiatur: quis, nisi planè sit mentis emotæ, & extra
omnem rectæ rationis tiram feratur totoq;, quod in proverbio
est, circō fallatur, vitio vertet homini, qui præter fas omne &

A 3

aquum

equum concenturiatis circumscribitur dolis, calumniarum
machinis violente concutitur aut quasi cuniculis callide sub-
vertitur bonisq; evertitur, si liberius paullò sibi frena laxet
suoq; adversario penetrabilem invictibilis Justitia arietem
intorqueat, calumniae technas elidat, fraudumq; argutos la-
queos rumpat aut dissipiat, mendacijq; nebulas ac nubes liqui-
dò veritatis radiò & candore dissipare aut præstinguere eni-

Plut. & Cal. tatur, & ita causa sua bonitatem dispalare? Causam dicebat
Rhodig. lib. 23. Machetas quidam apud Philippum Macedonem, Magnipa-
c. 14. Lips. mo- trem, qui, cum parum intenderet eis, qua dicerentur, dormi-
nit. Polit. 2. c. 9. Matth. Steph. de taretq; interim, mox adversus Machetam pronunciauit. At
jurisdic. lib. 2. ille rei indignitate permotus, & Macedoniæ ac militari iüber-
parte 1. cap. 1. tate, Appello, inquit. Tum Philippus miratus & iratus,
memb. 2.n.205. Tu à rege? & ad quem, obsecro te? Et Machetas: At
Erasm. lib. 4. a. ipsum te, inquit, sed vigilantem & attentum: Sive, ut
popltheg. p. 260. alij efferunt, Ad Philippum Sobrium. Sed sive incuria,
& lib. 8. p. 697 sive violeñia regi objecta; excusit utramq;, & re propius
Greg. Heimburg. probiùsq; pensiculatâ, injuriam Macheta factam agnovit, &
in paralipom. rer. vindicavit. Quomodo? salvò tamen priore decreto: injun-
memorab. p. 314 etam Macheta multam ipse exsolvit & litis estimationem à
cujus ibidem lege se dependit. Bone Philippe, rosa aut lilia sepulcrum tuum or-
nent, qui decisionem tuam legibus & juri contrariam noluisti
ullà obscurare interpretatione, aut argutiâ fenestram sive
ostium pandere ad iniquitatem, aut etiam latebram errori &
facto colorem querere ac dare? Secus quam vafer iste & ver-
satilis ingenij caussidicus, qui lites serere & salas producere atq;
alere etiam in liquidò jure poterat. Quem cum Mediolanen-
sium Dux Galeacius ad se accitum sic adfaretur: Debeo pi-
stori meo centum aureos, non lubet solvere: tu eq-
quid tueri me in jure & rem protollere potes? An-
nuit iste largiter, & Principi promtè se dedit: sed ille ei ma-
lum. Nam fraudis sic confessum, verbis prius increpitum, la-
queo

quod publicè necari jussit. Secus etiam quam Bartholus,
maxime vir auctoritatis, & quem scientia legalis armarium
nuncupant. qui cum Bononia de Constantini donatione qua-
raret, atq; Doctorum percenseret opiniones, suam explicaturus In prefat. Digest.
sententiam, Videte, inquit, Auditores; nos sumus in
terris Ecclesiæ; & ideo dico, quod illa donatio valuit.
Reperiuntur numerò non pauci, qui suam innocentiam & cau-
sam interpositâ juramenti religione adserunt & tuentur. Un-
de quidem in Epistola ad Hebreos, πάσοις ἀντιλογίας πέρας εἰς
βεβαίην δόγμα, omnis controversiæ finis est, si acce-
dit jurisjurandi confirmatio. Et latebram itaq; perjurio
quejivit Lysander rex Spartanorum, cuius in ore frequens
ista vox: οὐτὶ τὸ μὲν πᾶσας ἀσεγαγάλοις ή τοφίγεις ἐξαπαλλά
δεῖ, τὸ δὲ ἀνδρεῖς δόγματι ηχήμασιν; sicut pueri taxillis & pilis P. Greg. de Rep.
circumveniuntur, ita viros oportere falli jurejarando & lar- 7. c. 17. n. 3 & in
gitionibus. Porro Hieronymus Blancas, priscis illis tempori- lib. 4. Synt. art.
bus, Cudentis ferri judicium, ad dirimendas ferè omnes mirab. c. 59.
judiciarias controversias, magno fuisse in usu refert; quō per- In comment. re-
quam breviter quibuscumq; causis atq; litibus finis constitue- rū Aragon. tom.
batur. Cujus rei memorabile exemplum diligentissimus scri- 3. rer. Hispan. pa-
ptor Albertus Crantzius posteritati consignatum reliquit. 638.
Otto III. Imp. Rom. conjugem habebat Mariam, filiam re-
gis Aragonum, feminam sibi non satis, ut ferunt, temperan-
tem. Ea Comitem Mutinensem in amorem sui pellicere cona-
ta, postquam libidini reluctari suæ vidi, versa in furorem &
ira & strō percita, crimen, quod conceperat, vertit in innoxium, Mellific. hist. pars
atq; se ab illō de stuprō tentatam apud Ottонem insimulavit. te 2. p. 162. Matt.
Facile Caesar credidit (ut sunt mariti in zelotypiam proclivi) Steph. de juris
jussit q; mox vinciri accusatum, & gladiō cædi. Ejus rei admo- dict. lib. 2. parts
nitus Comes, totam, ut erat. conjugi suæ, mulieri prudendissi- I. c. 5. n. II.
ma, patrefecit: Se citius millies moriturum, quam tan-
tum Imperatoris dedecus palam facturum; proinde
ipsam

ipsam precibus omnibus obtestari, ut fortius atque imperterritus animo apud eum mortui innocentiam sui purgaret. Neque ita multo post Comes iratus & crudelis Imperatoris judicio condemnatus penas capite dedit. Caput viri conjux rapit & amplectitur, nemine obluctante, quod justo dolore torqueretur. Conventu inde populis ad Roncalias institutu, quo die ius viduis dicebatur; mulier processit atque ex lege Imperatorem ipsum, pro tribunali sedentem, ad supplicium, quod maritum suum (projecto in medium capite) injuste necasset, postulavit. Quam voce auditam mirabatur Otto: Attu quo pacto, inquit, viri tui innocentiam probabis? Cui illa: Candenti laminâ, respondit. atque mox, inspectantibus omnibus ferrum ignitum jussu Ottonis allatum, sine ulla offensione prehendit: Quam, inquiens, ego immunis sum ab igne, tam erat maritus a criminis, quod imputabatur. Eâ re Otto confusus, se quidem paenam dignum esse dicere, verum ad eam subeundam spaciun postulare. Tum mulier, tribus vadimonijs dilatis, Atqui ego, ait, supplicio Reginæ contenta sum, cuius nefariâ calumniâ maritus est meus oppressus. Quid vero hic Otto? muliere collaudata, Reginam igne cremari jussit; mulierem vero, propter dilata sibi vadimonia, quatuor in Etruriâ castris donavit. Adeo videlicet impossibile est, providentia divina fatum, que non minus consilia hominum, quam torrens calculos fluviorum,

P. Matth. lib. 1. versat atque obruit, quoad rerum nostrarum statum & dispositum effugere! Illa in hominum conscientias, ceu in librum apertum, inspicit; ejusque oculus omnituens, & undique justitiae flammis splendens, lumen sui spiritus in profundum cogitationum eorum immittit, eisque justitiae severitatem minitatur, nisi omnes voluntates ad nominis sui gloriam & aliorum salutem referant. Ex eadem, veluti centro, omnes humanæ felicitatis progrediuntur linea. Huic accepta est uni ferenda ex immi-

imminentium periculorum hiatu aut barathrō liberatio. Hęc
innocētiam velut āgide aut scutō solidissimō & planè impene-
trabili iuetur: hęc male-textas calumniarum telas dissipat;
hęc invidorum, qui, velut tauri furiosi, septum aequitatis, quę
justitiae mater est, transiliunt, impetuositatem ac rabiem co-
hercet atq; reprimit; hęc virtutis ingennitatem ad lucida te-
la diei, ut loquar cum poeta, producit. Quod si cui forte dubi-
um est, prodeat in medium Henricus, cognomento Ferreus,

Comes Holsarię.

*Qui, cum Eduardo III. Regi Anglie,
cūm ob ro'iquas virtutes egregias, tūm ob fortitudinem im-
primis esset gratus; usit hoc Anglorum, alioqui inuidae gen-
tis, oculos, & consilium ejus perdendi ceperunt: absenteq; Re-
ge, Reginę suggesserunt: Saxonem hunc Teutonicum,
quem Rex multis prætulerit nobilibus Anglicis, ve-
rē nobilem non esse, tam longe servientem; cuius rei
periculum vel in leone fieri posse, quem naturā ajūc
internoscere nobilem sanguinem à degeneri. Reginę
itaq; permisso leo noctu laxatur, ut Henricum antelucano tē-
pore aurā captare & intra arcem obambulando scrutari por-
tarum claustra solitum, aggrediatur. Henricus de more semi-
nudus baltheum cum gladiō collo appenderat, descendensq; in
gradibus, cum nihil timeret, obvium habuit leonem rugien-
tem frementemq; cui interritus: Quiesce, inquit, quies-
ce canis ferox. Ad quam vocem leopibus ejus prosterni-
tur, quem manu prehensum duxit in caveam. Feruntq; eun-
dem aliquando stantem ad leonis cancellos, Anglis, qui una ad-
fiterant, dixisse: Si quis intervos est nobilis, imitetur
factum meum. Et cum dictō ingressus ferociori ex omnibus
leoni crinale, suo capiti detractum, imposuit & exivit nihil
respectans. Stupuit leo immobilis. Tum conversus ad Anglos:
Si quis, inquit, confidit stemmati suo, referat crinale,*

Alb. Crantz. Sas-
xon. lib. 9. c. 24.
& ex eodem Ge-
org. Ciegler. de
conserv. verā be-
atitud. c. 5.

B

quod

quod intusi. Illi rubore perfusi, abierunt. Ita nimis
ubiq^z gentium & locorum vivitur!

Dom. Baud. lib. 3.
mon. civil. sap.

Invidia magnis addita est virtutibus,
Ut umbra luci, fumus ut flammæ comes.
Qui sub flagranti Solis æstu plurimus
Vias capessit, decolori tingitur
Ferrugine ora; sic honesti quos decus
Illustrat, hosce livor infuscat malus.

Rudolf. Boterius
lib. 9. hist. p. 330.
& 560. Reci-
ratq^z exemplum
Crantz. lib. 5.
Saxon. c. 4. &
Schafnaburg. in coram Guntran^o
Annal. p. 478.

Singularium quoq^z certaminum & i. vicem pugnandi fu-
ror ita antiquitus invaluit, ut alter alteri Martis adimoni-
um diceret, atq^z etiam ferrò suam probare innocentiam. Flam-
des cogerentur, quemadmodum Archiepiscopus Bituricensis

Ibycus ut periit, index fuit altivolans grus.
Operæ me premium arbitror facturum, si alium hic modum
Auson. & Plut. innocentia demonstrandæ ex L. Marinæ o Siculō producam?
de garrul. cui quantum tribuendum sit, vestri. Auditores, arbitrij esto.
Lib. 5. de rebus atq^z estimij. Vir quidam probus & uxor ejus (verba sunt hi-
Hispan. tom. I. storici) optima mulier cum filio, adolescentulo magnæ probita-
pag. 349. Simi- tis, ad sanctum Jacobum Compostellam proficentes, in anti-
le exemplum ex- quisissimam civitatem, quam Sancti Dominici Calciatensis
tat apud Lipsiū vulgus appellat, itineris labore defessi ingrediuntur, & qui-
in D. virgine Hal escendi gratiâ restiterunt in domo cujusdam, qui adultam si-
lensi c. 22. & e. liam habebat. Quæcum adolescentem pulcrâ facie vidisset,
31. Sed fides sit pe- ejus amore capta est. Cumq^z, juvenis ab eâ requisitus atq^z ve-
nes Auctore, Vi- de tamen de hoc xcatus, ejus uoto repugnasset, amorem convertit in odium, &
Marinai miracu- Frid. Tileman, crateram sui patris clam reposuit. Cumq^z, peregrini mane dis-
in discursu Philo- cessissent, exclamavit puella coram parentibus, crateram sibi
log. p. 153. fuisse subreptam. Quod audiens Prætor, satellites confessim
misit, ut peregrinos reducerent. Qui cum venissent, puella,
sui conscientia sceleris, accessit ad juvenem, & crateram eruit e
cucullo

cucullo. Quapropter compertō delictō, juvenis in campum
productus, iniquā sententiā & sine culpa, laqueo suspensus est;
miserig̃ parentes, cum filium deplorassent, postea discedentes
Compostellam per venerunt: ubi solutis votis & Deo gratias
agentes, subinde redeūtes ad locum per venerunt, ubi filius erat
suspensus; & mater, multis perfusa lacrimis, ad filium access-
it, multum dissuadente maritō. Cum filium sufficeret, dixit
ei filius, Mater mea noli flere super me; ego enim vi-
vus sum: quoniam virgo Dei genitrix & sanctus Ja-
cobus me iuuent & servant in columem. Vade ca-
rissima mater ad judicem, qui me falsō condemna-
vit, & dic ei, vivere me propter innocentiam meam,
ut me liberari jubeat tibiq; restituat. Properat solicita
mater, & prægandiō nimiō flens uberiū, prætorem conve-
nit in mensā sedentem, qui gallum & gallinam assos scindere
volet, Prætor, inquit, filius meus vivit, jube solvi ob-
secro! Quod cum audisset Prætor, existimans eam, quod di-
cebat, propter amorem maternum somniaisse, respondit subri-
dens, Quid hoc est bona mulier & ne fallaris. Sic enim
vivit filius tuus, ut vivunt hæaves. Et vix hæc dixerat,
cum gallus & gallina saltaverunt in mensā, statimq; gallus
cantavit. Quod cum Prætor vidisset, attonitus continuo egre-
ditur, vocat sacerdotes, & cives, proficiscunturq; ad juvenem
suspensem, & invenerunt in columem valdeq; lœtam, &
parentibus restituunt, domumq; reversi gallum capiunt & gal-
linam, & in Ecclesiam transferunt magna solennitate. Quæ
ibi clausæ, res admirabiles & Dei potentiam testificantes obser-
vantur, ubi septennio vivunt. Hunc enim terminum Deus
illis instituit; & in fine septennij, antequam moriantur, pul-
lum relinquunt & pullam sui coloris & magnitudinis; & hoc
sit in Ecclesiā quolibet septennio. Magnæ quoq; admirationis
est, quod omnes per hanc urbem transeuntes peregrini, qui

D. Hieron. super
Psal. 93.

sunt innumerabiles, galli hujus & gallinae plumam capiunt,
& nunquam illis pluma deficiunt. Quod hic aliud subjiciam,
non est ad manum, praeterquam illa B. Hieronymi aureola
verba: Si condemnatus fueris, sit sanguis tuus inno-
cens: & clamabit ad Dominum. Sunt hæc, Auditores

lectissimi, media quidem luculentissima, quibus evidenter atq;
adèo ad oculū fuit invicta innocentia nonnullorū demonstra-
ta, & quæ ut plurimum strophis implicatur atq; in altissimum,
Democriti verbō, puteum demergitur, veritas evicta: Sed
de his non agitur jam potissimum; meritoq; extra oleas va-
gari atq; ταεὶ τὸ μένος, quid ajunt, ferri dicendus essem, si diu-
tius hoc è mustaceo laureolam querere, majoremq; exempliorū
congeriem sive farraginem cogere insisterem. Illud vero mei
nunc est instituti, verbis exsequi atq; ostendere: Nemini non
esselictum, injuriā inferentes ad Dei tribunal citare aut eisdē

Parthen. Litig. lœse innocentiae vindictam minari. Quod ipsum sanè di-
lib. 1. c. 1. n. 38. gnum taxatione in civilibus, ut loquuntur ICTORUM scholæ;
& seqq.

sed in criminalibus hujusmodi provocationem ab hoc sculps
ad alterum quasi receptam fuisse à DEO, admirabili exemplo
rum copiā potest citra ullum comprobari laborem. Evocan-
tur autem quidam ad supremum Dei, severissimi & justissimi
judicis, tribunal, à seipsis, conscientiae stimulis agitati & ada-
cti, ac velut Furiarum tedis ardentibus perterriti. Citetur

Hubert. Thomas testis Jacobus Faber Stapulensis, theologus Sorbonicus.
Leodium. Johan. Ad eum quadam die misit Margaretha Valesia, Navarrae-
Gualther chron. rum regina, Francisci Galliarum regis soror, & velle secum eō
polit. parte I. p. prandere dixit, convocatis aliquot doctis, quorum confabula-
tionibus mirè oblectabatur. Inter prandendum autem capie

Faber vehementer contristari, & subinde lacrimari. Eorum
causam dicere cum rogaretur, accusareturq; à Reginâ, quod
pransum apud se venisset, ut latet fieret; ipse vero tristaretur.
Tandem inquit: Et qui possem, ô Regina serenissima,
esse

esse latus aut alios exhilarare, omnium, quos terra
sustinet, sceleratissimus? Et quod tantum admisisse
potuisti scelus, ait illa, Jacobe, qui visus es semper ab
ineunte ætate sanctissimè vixisse? Quomodo ego,
inquietab ille, ante summum Dei tribunal consistere
potero, qui sanctum filij sui Jesu Christi Evangelium
purè & sincerè multos docui, qui doctrinam meam
secuti mille tormenta & mortem ipsam constanter
pertulerunt; ego vero malè constans doctor effugi;
& cum tam proiectæ ætatis jam vixisset la-
tis superq;, neq; mortem illā reformidare, imò per-
cupuisse debuisse, clangulum me subduxi, & Dei
mei præceptum turpiter deserui. Ad que cum Regina,
ut erat eloquentissima, multa differuerisset, rationibus & exem-
plis docuisset, multis bonis & sanctis viris idem obtigisse; neq;
desperandum de Dei misericordia & bonitate unquam. Cum-
que in hanc sententiam, qui adsiduebant, pleriq; adderent, con-
fortatus tandem inquit: Ergo nihil restat, nisi uthinc ad
Deum migrem; neq; ultrà differendum sentio, quia
a Deo me vocari intelligo. Conditoq; mox testamento.
Opus habeo, dixit, o Regina, quiete aliquâ; estote læ-
ti interim & valete. Et cum dicto in lectum proximum de-
clinavit. & cum detineri illum somno putarent, jam ecce!
Parca vivorum numero expunctū mortuis adscripserat. Hoc
videlicet est, quod Ægyptij sacerdotes crebris usurpare sermo-
nibus solebant: Alius de aliō judicat dies, supremus Franc. Patrit. de
autem de omnibus. Et statuta Dei, jura sunt; quae nullis regno l. 9. tit. 12.
elidi & enervari queunt aufugis, nec ratione ullâ diffingi
aut diffindi. Amplius. Nonnulli quoq; amicis vadimonium
apud superos obeundum denunciant; quemadmodum Anto-
nius Bonfinis rei hujus testis est locupletissimus. Cùm enim Bonfin. rer. Un-
gar. dec. 3. lib. 8.
Johannes Corvinus, fulmen illud belli & Martis pullus,

qui Turcarum terror & quasi malleus fuit, longo intolerabilis, belli labore defatigatus, in astuansimam febrem incidisset, eiq[ue] Job. Capistranus adesset, nullaque arte medicâ sevitia febris. emitteret, sed potius medicorum operam eluderet; cum ceteris vale-dixisset, Tu quoq[ue]; Capistrane, inquit, vale! & quando sub eodem Imperatore meruimus, ad accipienda mecum stipendia properato. Ille, Corvinô defuncto, in languorem subinde corporis incidit, quem ex illius leti dolore contraxerat, elusis medicorum administris, paucis post diebus naturæ debitum persolauit.

Tandem vero, ne cancellis nimium suis sese efferat oratio, cursum, unde abivimus, instituamus. Qui lauitias venant, gustanda quedam emsuriëtibus porrigerè consueverunt, quòd, Eurip. Cyclope: illecti suavitate, plus numorum impendant: Sic ego dictorum à p[ro]p[ter]e γεν[er]atōv illiciis hoc opinor effecisse me, ut progredientem sitis libenter audituri. Offert autem mihi sese & occurrit nunc tandem vel myrmecia & numerus innumeris corum, qui inquis & improbis damnatis sententiis alios ad supremum illud, & ut ita loqui liceat, prætorium tribunal evocaverunt. Exempla ex

In Annal p. 466. magnâ copiâ, cum dilectu quadam, dabo. Narrat Lambertus Lips. lib. 2. mon. Schafnaburgensis, Burchardum Episcopum Halberstadiensem iniquam diu litem cum Mèghenerio Abbatे Herveldensi forisse, super decimis Saxoniae, quas Episcopu[m] monachis erectum, sibi vindicatum manu magis, quam jure parte 1. cap. 1. memb. 2. n. 190. ibat. Neq[ue] spes aut ratio erat valenti adversario resistendi: cum Aventin. lib. 4. Abbas, paucis ante mortem diebus, Comitem Palatinum Fri- annal. Bojor, P. dericum ad se vocat, & extrema hac mandata ferre Antistitt[us] Greg. de appellat. rogat; Se quidem lite & viribus imparem, lege meliori, causâ cadere & cedere; atq[ue] etiam vitâ cédere. Deo tamen vires ad tuendam æquitatem non defuturas, ad quem appellaret. Proinde parati ambo essent, ut intra paucos dies causâ ad tribunal æquis- simi

simi judicis Dei dicerent: victorum ibi esse, non qui
plus posset, sed cuius causa justiore esset. Neg^t, multò
pōst Abbas ipse febri obiit; statimq^z Antistes, cum equum
conscendere vellet, ut fulmine ictus, corruit: desistitq^z in voci-
bus, Abripi se ad divinum Tribunal, & pro invasis
rebus alienis rationem exigi. *Quis hic cum gentium
Doctore, tubâ Evangelij, sanctarumq^z armariô literarum,
Paulo Apostolo non illam erumpat in vocem? ut avēgēvnu-* Rom. II, 13.
ra nū nūpata bē; o iam imperscrutabilia sunt judi-
cia Dei! iudicia Dei latentia quidem, obscura, arcana,
ignota sunt, non violenta, iniqua, injusta, tyrannica: quæ
mirari, non rimari; venerari, non scrutari; vereri, non in-
sectari nos oportet. Ut papilio, & minuta quedam
animalcula, vesperè lucernæ lumen idem tidem circumvoli-
tant, donec amburantur: Sich humana mens curiosè circa ar-
canam illam cœlestis Justitiae flammam lasciviens liqueficit.
Et cum omnia fecerit, non evolvet se suis tenebris, nec ad con-
silia illa & consulta verè Tacita pertinget aut decreta. Ge-
minum vero germanum est superiori, quod apud Olaus Ma-
gnus legimus. Erat apud Westrogothos vir eximius & il- Olaus M. lib. 14.
lustris, Johannes Turson nomine, pater Tursonis Jenson, c. 20.
Equitis aurati & supremi iudicis; qui severius quam aquilus
iussit quandam regnicolam capite plecti: qui genibus innixus,
gladioq^z jamjam truncandus, eidem domino dixit! En mo-
rior injustè judicatus. Te autem voco hac horâ an-
te tribunal Dei, ut respondeas, cur me innocentem
morti condemnes. Moxq^z sublimis ille vir, homine sub
gladio vel securi (utroq^z enim ferro plectuntur Aquilonares)
cadente, etiam ipse corruit ab equo, socius factus ante tribunal
cali, qui temere & iniquè judicavit in terrâ: tam subita
morte percussus, qui virum innocentissimum trucidare præ-
cepit. Merito itaq^z Catoni dictum: Res diuinās multum
habere

Olaus ibid.

habere caliginis. Interim quisq; bonus iudex cogitet, moriendum potius esse, quam alicui, prater justitiam ob odium vel utilitatem, inferre mortem aut violentiam irrogare, vel calumniatores legum admittere; qui non minus, quam peccati medici, homines mortificantes, evertunt causas innocentium.

Ferdinandus etiam IV. Hispaniae Rex, nominari hoc in loco

Joh. Mariana lib. 16. de rebus meretur. Is bellò & pace bonus habebatur, sed in iudicando Hispan. cap. XI. praeceps aut rigidus, & ad servitiam inclinare videbatur. pag. 653. Roderic. Fuit, ut fratres Carvajalij, Petrus & Johannes, suspecti es- Sant. hist. Hispan. sent in occultâ cæde Benavidi, primarij viri n. or nobiles. parte 4. c. 9. pag. Cædis auctor cognosci non poterat; suspicionibus multi exa- 202. Lips. ibid. gitati: hi oppressi, neg. iudicio convicti, neg. crimen sane, vel Matth. Steph. lo. in vinculis, fassi; que maxima iudiciorum labes est. Rex, cōdicto. P. Greg. ut erat intractabilis, cum recens injuria provocabat, neg. in L. de appellat. 3. irâ regi valens, duci eos jubet, & de vicinâ rupe precipites n. 10. Zvinger. dari. Rapti ad supplicium, Divum hominumq; fidem testar- in theatro vol. 5. ti, se innocentes mori; & quoniam regiæ aures ob- lib. 4. p. 1354. turatae essent, ad Deum æquissimum Judicem pro- Horat. Calvacā. vocare, Regi q; diem dicere, ex eō die, trigesimum. de brach. reg. p. 5. n. 250. Ea voces in presenti pro vanis habitæ, casu fortasse, esto; at mirabili certè eventu confirmatae sunt. Rex nullâ periculi curâ Alcaudetem in castra abiit. Ibi morbo tentatus gra- viissimô, Giennium sese retulit: quô tempore de oppido deden- dô à Manris mentio erat illata. Vis morbi indies augebatur. Rex curis gravioribus impari valetudine, latus tamen nun- ciô oppidi capti, novæ irruptionis facienda consilia explicabat: cum die Jovis, VII. idus Septembris, à prandio se somno dans, in stratô exanimatus repertus est, in ipso etatis flore, annos natus XXIV. menses septem. Multi divini Nu- minis vim, cuius iudicia abyssus multa, interpretabantur; quod à cæde patratâ, magnô omnium miraculo, diem trigesi- num præcisè numerarent. Dies me deficiet antè, quam exempla

exemplare rei hujus nobiliora saltem & insigniora percensuero.

Silentij velariis involvendi Templarij sunt; quos cum Vien- Campofulg.lib.1.
nae in Cōciliō CLEMENS V. Pontifex Maximus, damnasset, Ioachim, Stephā.
& in sedales ferro atq; igne passim vel animadver. Set, vel de iurisdic. Ec-
(ut alij) s̄evijsset; à pluribus eorum citatus ad Tribunal supē- cles. c. 10. n. 18.
rum, paullò plus anno p̄st obiit, quasi ad vadimonium obeū. Dinoth, in Locis
dum à supremo Pr̄tore arcessitus. Siccō pede pr̄terire nunc commun. lib. 8.
cogor Robertum Lincolmensem, cognomine Capi- p. 579.
tonem; qui, cum Innocentij IV. Rom. Pont, avaritiam, fa- Philip. Came-
stum, tyrar. n. em., & alia eius tetra vitia, tām vivā voce var. cent. 3. me-
quām scriptis, improbaret & reprehenderet, fuit ab eo excom- ditat, hist. c. 38.
municatus & ad curiam citatus, injusteq; damnatus, à quo app-
pellavit ad Judicem Christum. Narratq; Castricensis, quod, ob-
eunte Lincolmense, audita sit vox in curiā Papæ, clamans:
Veni miser in judicium DEI! repertusq; fit, sequenti die,
Papa in leclō examinis, ac livida in eō plaga, tanquam fuste
percussus esset. Quis neget divinum aut Geniale aliquid
hic intervenisse, sed supremo Numinе consicente?

Discite Justitiam moniti, & non temnere Divos!

Omitto Johannem Husium, qui sue apud Bohemos re- Paralipom.rer.
ligionis adsertor constantissimus, Constantiae ustulandus ju- memorab. ad
dices suos post annos centum ad judicium divinum evoca- Ursperg. p. 288.
vit: cuius vocationis typum Bohemi, qui cineres ejus dili- P. Matth. hist.
gentius adserabant. in numis metallicis soliti sunt exprime- Henrici IV. lib. 5
re. Nihil dico de Johanne Michaelovvicio Wisko- narrat. 4. n. 9.
vvati, multis virtutibus pr̄stantissimo, Magni Moscoviae Schlusselburg.
Ducis Cancellario, cui parem nunquam habuit imperium li. p. 72. &
Moschoviticum. Hic, cūm falsis insimulatus criminationib⁹, part. ult. Postil.
ob perfidiam, ultimo adficiendus & mactandus esset suppli- p. 464.
ciō, & se innocentem esset sciret: Testor Deum Opt. Max. Hist. Moscovit.
(inquietabat) quis solus est scrutator cordium & renū, p. 202.

C

in cuius

in cuius conspectu profiteor me esse peccatorem, sed
confido eum pro suâ divinâ clementiâ, propter san-
guinem effusum charissimi sui filij, mei misertum iri.
Testor, *Inquam*, Deum, me semper fidum & diligentem
fuisse in munere publico, mihi commissô à Magno-
Duce, ut fas est: ideo à falsis istis accusatorib⁹ provo-
co ad Tribunal Dei, quod in justè sum accusatus &
traductus apud Principem, atq; hæc impostura dete-
getur in extremo die judicij. Princeps, cum stabis ad
conspectum divinæ majestatis, mea in invenientia ap-
parebit: nunc verò apud te nulla ratio & æquitas lo-
cum habet, nec me à criminibus, falso mihi impos-
tis, licet purgare. *Et ad satellites:* Vos, ô infelices homi-
nes, cum Magno Duce prædones estis, & omnis im-
probitatis illius administri: effunditis imerito cruo-
rem innocentem: tyrannicè omnia agitis; per fas &
nefas ruitis in cædes mortaliū. Hæc omnia, quæ mi-
hi objiciuntur, falsissima sunt. Nihil vobis facilius
quām tollere è mediò insontem. At Deus aliquando,
& veniet hora, quæ non speratur, cum vos puniet, &
pro meritis in vos graviter animadvertet.

Est Numen, quod cuncta oculis hæc arbitratur:
Est quoq; cum punit. Si non; in tempore fiet,
Credite, cùm fuerint vitaī lumina ademta.

Interim verò superi falso quiritantibus non annuunt, &
mortales vindictæ appetentes despiciunt, ipsaq; terriculamen-
ta rident. Sed in circumfuso exemplorum oceano per angustū
alvei diverticulum huic lacuna includendo, morus si immor-
rarer diutius, nasceretur opus iliade prolixius, verbaq; mihi
citius hæc latera rumperent, citius lux, nox & vox deficerent.
Itaq; narrationum finis non sit, nisi reprimam. quod facio, &
dictionis

ditionis vela complico; ne abuti videar gratosâ vestrâ atten-
tione ac benevolentâ. Sed dum jâcere anchoram paro, ut ora- Cal. Rhod. lib.
tio conquiescat; omnes illi, qui in eminenti honoris sublimita- 23. c. 16.
te & dignationis fastigiô sunt collocati, admonendi e, rô viden-
tur, ne χειροδίαι sint, Hesiodi verbô, qui, Proclô interprete,
τὴ δινάπει τὸ δίαιον τὴ διὰ τῶν χειρῶν ὡρίζεται, manum vi ju-
sum finiunt metiunturq, violentiâ adhibitâ: abstineantq,
â festinô & præcipiti judiciô; sibiq, illud Jobi in animû & me- Redoric. Sant.
moriam revocent: Crusam, quam nesciebam, diligen- loco suprà dicto,
tissimè invocavam. Probè perpendant hoc D. Gregory:
Ad ferendam mortis sententiam præcipites esse non
debemus, nec temerè indiscussa judicare. Majora
enim crima credenda nō sunt mox, cum audiuntur; sicut Scri- Lib. 1. de ira, c. 16.
ptura commemorat de Phitiphare, qui levibus verbis conjugis
credulus, sententiam tulit contra Josephum. Nec aliter egit ty-
rannus ille, quem Seneca commemorat, qui iratô & festinô ju-
dicio tres occidit innocentissimos milites: unum, quia rediit
de viâ sine sociô, quem dicebat ab eô interfectum. Et cum
duceretur ad suppliciû, venit socius; quē cum executor justitiæ
conspexisset, vivum duxit ad Principem. Ille verò festinus &
iratus ait ad primum: Te duci jubeo, quia damnatus es.
Secundo dixit: Te simili sententiâ damno, quia causa
damnationis commilitoni fuisti. Tertio: Te quoq;
occidi jubeo, quia jussus occidere, Imperatori non
paruisti. Cum Athenis rumor de Alexandri morte sparsus
esset, & Rhetores continuò prosilirent & ad arma prosilirent: Plut. de irâ
Phocion in concionem progressus, etiam atq, etiam cives suos cohib.
bortari cœpit, ut quiescerent, donec aliquid certi nunciaretur.
Si enim, inquit, hodie mortuus est Alexander, & cras
& perindie mortuus erit. Quod idem de reis, qui ad
suppicia rapiendi sunt, usurpare possumus. Si quis enim hodiè
meruit

meruit panam, etiam cras & perendie erit in noxâ. Et pæna dilata potest exigi, sed exacta revocari non potest. *Auribus non modo, sed & animis* admittant consilium Nicetæ; qui extr. mæ esse ait insaniæ, eos vel objurgare, vel ut injurios laceſſere, qui ad Deum configiunt, eoq; intercessore & defensore persecutionum remedium querunt. *Animadvertisiſ*, opinor, coortâ d̄erēpentè procellâ, defluentibusq; largis & adſiduis imbribus, torren- tem aliquem, ex præruptorum præcelsi montium jugis cum ingenti ſtrepitū & fragore, rapidè ferri, lapsuq; uincitâ per aspera ſaxeta præcipitare furenter; tempore propemodum eodem crescere, totum alveum implere: dein ſuperatis diſ- Etisve aggeribus ac munitionibus, quibus coercebatur, vel novas ſibi facere ripas, vel extra veteres diffluere: tum iſ finitimos agros invehere glaream exefosq; lapides, ac pro glæ- bis optimis ſterilem arenâ: quemadmodum apud ſummum poetarum montanus ille torrens, qui


Sternit agros, sternit ſata læta, bœumq; labores,
Præcipitesq; trahit ſilvas.

Huic plane ſimiles eſſe putate, Auditores, qui dulci fortit- nâ quaſi ebrij, & dignat is jubare, quô radiare jubentur, ef- fascinati, modum in ſecundis tenere non poſſunt, ſed odiis & truculentiae frena immoderatissimè laxant, & velut æſtrō vœſanīa percitti, in aliorum præcipites rapiuntur ferunturq; perniciem, bonos evertunt, inferiores ſuperciliosè deſpiciunt, pauperes expilant, opes alienas variis auſcipiis captant, va- riis ad ſeraptant artibus & vaſramentis. Jufitiam violen- ter & nefariè opprimunt: que tamen omnia, non vitia ſed virtutes ſummas, non maleficia ſed optimè facta videri, omnium geſtu & applauſu probari, voce extolli præconia, li- terisq; deprædicari, ſtientiſſimè cupiunt: Et ſi quis conſci- entia

entie religione tacitus vel leviter hiscat, ei bellum internecium indicunt, ei aquâ & igni interdicunt, illum ad laqueum aut lacum adigunt. Quid ergo faciendum, inquit aliquis, ubi in hujusmodi cardine res volvuntur, ut iustitiae exulat integritas & sinceritas; ubi calumnia mendacio grassatur, & id tutò; ubi vires geritur, aut ubi ius vis est: adeò ut sanguis etiam sit profundendus & amittenda vita. Age, si innocentiae clypeo tectus & munitus, vim aut etiam gladij aciem crucisq; infame supplicium retundere, amoliri, & effugere nequis; D E O in solidum & unicè rem permitte, qui aquissimè de eâ certissimeq; è superiori Tribunal cognoscet. Ille justam aliquandiu causam premi quidem sinit, non opprimi. Ille innocentiam perspectam habet tuam, & exorrecte conscientia candorem & integritatem, quam suo producet tempore in apricum & lucem clarissimam. Ille est solus, qui merita potest expendere; ille, qui sine ullò simulationum fucò aut ceruſâ, virtutem vitiumq; videt in verò suò vultu. Quis ei imponat, qui externa & interna rimatur? qui corpus videt & membra? qui linguas & fibras & aperta deniq; & operta? Ille scelerorum penas non anfert sed differt; sed cum fænore solvendas: non oblivioni tradit hoc debitum, sed in diem reponit, & nihilominus occultò fune malos ad finem dicit: nec ullus unquam nocens docoquet supero huic creditori. Et hac quidem mora, quæ se penumero intervenerit, non tam intervallum est pæna, quam incrementum: D E U S enim lentò gradu pedibusq; lancis ad πανολεῖαν impiorum procedit; sed interim usurâ grandi & gravi tarditatem abundè compensat, vindicemq; habens oculum magnis sceleribus magnas irrogat penas, & funestam επιβδαν submittit: adeoq; cognatum, immò ipsatum, omni sceleri

sceleris supplicium; nec crimen quisquam in pectore conceperet & gestare potest, qui non idem Nemesim & penas in tergo, ut suam olim crucem cruciarij, sufferre cogatur. Qui autem Justitiam exercent intemeratam, à quâ Homerus, poetarum ille princeps, Reges δινασπόλευς appellavit, circa ius occupatos & versantes, neq; cum Caligulâ censem, Omnia sibi, & in omnes, licere: illos certatim velut beneficium & salutare quoddam Numen singuli adspiciunt & habent, atq; eorundem in sinum tutò concredere se ac tutelam queunt: quin immò de humanâ in universum societate benè merendo, ad immortalitatem sibi sternunt vi. 229, & rectum tenent iter ad sempiternæ lucis decus compescendum; ad quod D E U S post hanc vitam, sublatis mundani bujus theatri aulæis, omnes qui homines juverint multos, vocat; ut, tanquam virens folium, in calo germinent ac perennent.

D I X I.





99 A 6908



jb

Retro

VDA



propterea crucifixus.
cruis interclusus; et
enim formam duc-
ne coniunctum. dñe eis
enim ipsa filii ecclor
uemur ad mortem crucis;
ut inferre uirum
uicem. et auctoritatem
elizabedij; epis ausio
hanc. et cinq etiam
pontificis. ut sanctifica-
tur baptizmum iohannis.
dñs uenit ad baptismum.

Amen. Tu
cui enim natus a fe-
cisti magnus qui
poteris ea. Et sicut

mis al
leluia. et
cordia eius. quia
genes trinib
Sicut mulier
uit saluta-
rie elizabed
tanit infans
et repleta est gni
vide distincto
gulorum uerbo
res. Nostrum pri-
bech audirent;
nos prao: graci
illa nata. et ordi-
nat iste erit
oce nullum. et
la dei sentit a
tria mihiem.

Farbkarte #13

B.I.G.

